

16
1.
16
1.
169
1.
2.
169
1.
2.
16
1.
2.
16
1.
16
1.
2



Quod Deo fortunante FELICITER cedat!

ASSERTIONUM
ex NATURALI & LE-
GITIMO JURE HAU-
STARUM

DECADES ALIQUOT

SUB PRÆSIDIO

NOBILISS. AMPLISSIMI & CONSUL-
TISSIMI

VIRI

DN. WILHELMI LUDWELL, JC.

Cod. & Feudall. Placitt. in almâ Altorfinâ

P. P. celeberrimi, Serenissimo Princ. Palatino

& Reip. Noricæ à CONSILIIS, Patroni

& Præceptoris sui ætatem
fuspiciendi

Loco Exercitii Academici

publicè pro viribus defendet

ENOCH Gläser SILESIUS.

Indicatur Disputatio a. d. VI. Decembr. A. Chr. 1653.

ALTORFI

Typis exscribebat GEORG Hagen/ Typogra-
phus Universitatis.

SERENISSIMI ET CELSISSI-
MI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

AVGVSTI
BRUNSVICENSIVM ET LU-
NEBURGENSIVM DVCIS

CANCELLARIO ET CON-
SILIARIO INTIMO,
VIRO MAGNIFICO, NOBILIS-
SIMO, AMPLISSIMO ET EXCEL-
LENTISSIMO

Dn. JOHANNI Schwarzkopff/
JCTO CELEBERRIMO
AD COMITIA ROMANO-GER-
MANICA, QUÆ RATISBONÆ HODIE HA-
BENTUR,

LEGATO GRAVISSIMO,
DOMINO ET PATRONO SUO
OBSERVANTER SUSPICIENDO
VEL LEVIUM HARUM PAGELLARUM
CONSECRATIONE
EX ACADEMIA NORICA.
QUAM DEVOTE SE COMMENDAT

ENOCH Gläser/ SIL.



C. D.

T H E S I S I.



NCTi est interpretari Leges.

II. Easq; Positivas. Sed non expositivis tanquam ex principio.

III. Idq; faciet non tam ex ipso Prudentiæ, quàm alio habitu, Prudentiæ tamen valdè affini.

IV. Philosophus *σοφειαν* vocat; nos cum interpp. Perspicaciam dicemus.

V. Cæterum rectè hoc ipsius munus in Extensivum & restrictivum Dd. dispescunt.

VI. Poterit tamen aliquando fieri interpretatio, quæ, respectu interpretis, interpretatio non sit.

VII. Causa Legum videtur ipsa Natura esse.

VIII. Earundem causa est Majestas civilis.

IX. In quibus hæc disponit, circa ea versatur Jurisprudencia.

X. Undè hujus finis non absq; ratione dicetur Justitia universalis, sive Legalis.

XI. Propulsatio vis externæ non in se & suâ naturâ sed ex hypothesi demùm videtur justa.

XII. Fundamentum omnis justii est naturale Jus.

XIII. Sed non statim quæ hoc non præcipit, non sunt justa.

XIV. Cùm hoc non pugnat Servitus in legitimo bello contingens.

A 2

XV. Et

XV. Et tamen Servitus contra Naturam constituta esse non falso dicitur in *l. 4. §. 1. de stat hom.*

XVI. In sponsalibus non sufficit fictus consensus sed verus.

XVII. In contracto matrimonio error non quivis sed personæ tantum ac substantialis qualitatis actum vitiat.

XVIII. Ad qualitatem substantialem strictè loquendo virginitas non pertinet.

XIX. Quamquam non raro exinde matrimonia soleant rescindi.

XX. Materialiter Tutelam quis rectè Juri Nat. adscribat.

XXI. Quoad formam substant. Juris Civ. omninò dicenda.

XXII. Fortassis & Juris Gentium, cum & aliis populis usitatam fuisse non ignotum sit.

XXIII. Nisi Testamentaria deficiente, Tutela legitima non admittitur.

XXIV. Hocq; ad ipsam Electoralè Tutelam applicandum.

XXV. Facta rerum comunium divisione non intercessit aliqua ipsius Juris Nat. variatio, sed objecti per circumstantias.

XXVI. Fieri itaq; potuit eo non repugnante,

XXVII. Quædam res adhuc hodiè communes, imò nullius dicuntur.

XXVIII. Dominium propriè loquendo non est nisi in eo qui ratione utitur.

XXIX. Quid de impuberibus aut furiosis? De iis nihilominus prædicare licebit, quod rerum suarum sint Domini.

XXX. Neq;

XXX. Neq; opus distinctione inter actum primum & secundum.

XXXI. Non officit, quod alienare non possint. Quod alienæ rationis ductu faciūt ab ipsis videtur proficisci.

XXXII. Rerum incorporaliū quis Dominus o est.

XXXIII. Jus venandi rectè quidem à Principibus vindicatum & subditis ademptum est;

XXXIV. Ad Regalia tamen vix referendum.

XXXV. Nisi de hodiernâ Germaniæ consuetudine aliud malis dicere.

XXXVI. Dominium & proprietas sunt hætenus eadem.

XXXVII. Possessio & dominium non sunt eadem nisi ratione accidentium aut genericè.

XXXVIII. Possessio est conditio sine quâ effectus Domini regulariter & perfectè non possunt produci.

XXXIX. Creditor res pignori datas possidet tantum naturaliter.

XL. Eandem rem duos in solidum possidere non est absurdum.

XLI. Neq; hoc, ut verè possideat, qui injustè,

XLII. Ex Universal. secundum Jus Civ. acquirendi modis primarius est Hereditas.

XLIII. Ad hanc non nisi duplicem viam agnoscimus, ut sc. succedatur vel ex testamēto, vel ab intestato.

XLIV. Pactis privatorum ordinariè hoc in casu nihil tribuendum.

XLV. In Soleñi testā. vel unicus defectus actū vitiat.

XLVI. Quod enim imperfectum est sine dubio est nullum.

XLVII. Quid verò? Annè dicendum J. Nat. nihilominus.

ominus subsistere, adeoq; eum, qui aliàs ab intestato
successurus erat, quoad forum cōscientiæ teneri here-
ditatem offerre alteri qui solennitèr non sit institutus?
Affirmativam cum distinctione amplectar.

XLVIII. Testatū & intestatum ex paganis aliquē
decedere naturalis, ut lex loquitur, pugna est.

XLIX. Sed nulla pugna est ex testato intestatum
aliquem fieri.

L. Singulare est Status Oligarchici consilium, quā-
dò Philosophus Hereditates non per dationem sed co-
gnationem fieri jubet.

LI. Liberos primi gradus juxtā Jus civ. æqualis
est successio.

LII. Et hoc videtur etiam Juris Naturalis esse.

LIII. Sed non Obligativi.

LIV. Hinc salvo eo, Lege Hebræorum aliud cave-
batur.

LX. Nec Primogenituræ Jus hodiè adhuc usitatū
exindè infirmatur.

LVI. Successionem, quam Grotius vicariam vo-
cat, sive Repræsentationem ad omnes descendentes in
infinitum usq; se porrigere verius est.

LVII. Obligatio naturalis est vera & propriè dicta
Obligatio.

LVIII. Benè rem explicant, qui dicunt eam co-
gere cives non ut cives, sed ut homines.

LIX. Promissā ergò omnia, quæ deliberato ani-
mo & de rebus licitis fiunt, erunt servanda.

LX. Nisi velis tollere fundamentum veracitatis &
fidelitatis. Quod facere impium.

LXI. Pactio & Pactum differunt ut Causa & effe-
ctus, quamvis ipsos confundi soleant.

LXII. Pa-

LXII. Pacti definitio, quam tradit Ulpianus defendi potest.

LXIII. Jure Nat. Pacta omnia sunt non nuda, nulla non vestita.

LXIV. Secus de Jure positivo Civili.

LXV. Ad omnem Contractum ordinariè requiritur Consensus liber & voluntas non coacta.

LXVI. Quo ipso tamen Consensum & voluntatem pro iisdem non venditamus.

LXVII. Non enim, quarum rerum est voluntas, de iis legitimus est consensus.

LXVIII. Mutuum est omninò contractus.

LXIX. Objectum ejus formale sunt Quantitates.

LXX. Nò autè simpliciter, sed quatenus fungibiles.

LXXI. Et ab his nec unicum nummum excludimus.

LXXII. In mutuo regulariter non debentur usurae ex pacto, licet in continenti adjecto.

LXXIII. Aliàs & in genere eas omni Jure licitas & permissas esse asserimus.

LXXIV. In commodato non fit res accipientis.

LXXV. Depositarius si pecuniã benè obsignatã & sibi traditã utatur & depositi & furti actione tenetur.

LXXVI. Aliquãdo res depositas reddi oportet.

LXXVII. Antichresis Jure Civ. non est prohibita.

LXXVIII. Commissã faciendi stipulatione si interesse præstetur ad factum ipsum agi non debet.

LXXIX. Non omnis Conventio quæ Scripturã munitur est Literarum obligatio.

LXXX. In Contractibus v. c. emtione-venditione naturaliter circumvenire licet.

LXXXI. An autè J. Naturæ & actu volutario dubitamus.

LXXXII. Reditus annuos, nisi justã excedant pensionem, & hodiè permissum est vendere. In

LXXXIII. In Locatione conductione culpa le-
vissima regulariter non præstatur.

LXXXIV. In Societate universali & quæ est o-
mnium bonorum si, quod unus filia in dotem aut filio
ad studiorum continuationem suppeditaverit, societa-
ti ipsi imputetur, injustum non oritur.

LXXXV. Divisio lucris in Societate non Geome-
tricam sed Arithmeticam proportionem sibi vendicat.

LXXXVI. Mandatum ratione originis & funda-
menti mercedem meritò respuit.

LXXXVII. Rectè Paulus Jctus naturali Jure fur-
tum prohibitum esse dixit.

LXXXVIII. Et hinc contrà idè dupliciter pecca-
ri videtur in casu *l. 82. §. 2. de furt. expresso.*

LXXXIX. Ut puniatur furtum ex eodem fluit:
Modus autem puniendi à positivo Jure determinandus.

XC. Juxta Constit. Carol. capitaliter puniri indi-
stinctè dicendum non est.

XCI. Injuria, nisi animo injuriandi, ò est injuria.

XCII. Non omnis ebrius contumeliosa in ali-
quem verba conjiciens excusari meretur.

XCIII. Ut Majestas alicujus læsa dici possit, ne-
cesse est ut superiorem non habeat.

XCIV. Speciale, nec ratio nulla est, quod ex A. B.
Sanctione etiam in Electores committatur læsæ Maje-
statis crimen.

XCV. Maritum cum solutâ adulterium non com-
mittere Jus Civ. non absq; fundamento statuit.

XCVI. Qui mandat aliquem interfici, si non ho-
micidii causa physica, moralis tamen est, adeoq; ordi-
nariâ *L. Corn. de Sicar. poenâ dignus.*

XCVII. De his & similibus causis omnibus ut
legitimè disceptetur Judiciis opus est. Hac

XCVIII. Hæc autem fundantur in Jurisdictione
& imperio magistratus.

XCIX. In hisce disceptationes per certa & legi-
tima media fieri oportet.

C. Horum loco sunt Actiones pro varietate caus-
arum variæ.

CI. Tribus personis principaliter quodlibet Ju-
diciū constat.

CII. Advocatos partes tantum accessorias voca-
veris.


CIII. Non peccat, nec Legi vis infertur, si ali-
quandò Judex ab ejus literâ recedat.



ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

*Qui solidam Jurisprudentiæ cognitionem
absq̃ Philosophiæ, præsertim Practicæ, cogniti-
one parari posse asserunt, faciunt intelligendo
ut intelligere nihil videantur.*

S A T I S.



XCVII. Hec autem sunt in Iuris
in parte magistratus.
XCIX. In hinc disputationes perennis de legi
tims media fieri oportet.
C. Humanioribus Actiones pro veritate curi
sunt variis.
CI. Tabus personis principibus quibusda
dicuntur coram.
CII. Advocatos partes tantum accedunt vocari
veris.
CIII. Non peccat, nec legi vis infertur, si
quandoludex ab eius iudicet.

FINITIO

Quislibet iustissimorum iudiciorum
et Philosophia per se in Iuris cogniti
one partem possit esse, factum intelligendo
et intelligere nihil ex animo.

S A T I S



Altdorf, Diss., 1637-55


ULB Halle 3
004 327 330




f
Sb.

10M







Quod Deo fortunante FELICITER cedat!

ASSERTIONUM

ex NATURALI & LEGITIMO JURE HAUSTARUM

DECADES ALIQUOT
SUB PRÆSIDIO
NOBILISS. AMPLISSIMI & CONSULTISSIMI
VIRI

DN. WILHELMI LUDWELL, JC.
Cod. & Feudall. Placitt. in almâ Altorfinâ
P. P. celeberrimi, Serenissimo Princ. Palatino
& Reip. Noricæ à CONSILIIS, Patroni
& Præceptoris sui ætatem
fuspiciendi

Loco Exercitiî Academici
publicè pro viribus defendet
ENOCH Gläser SILESIUS.

Indicatur Disputatio a. d. VI. Decembr. A. Chr. 1653.

ALTORFI

Typis exscribemat GEORG Hagen/ Typographus Universitatis.

3, 20.
131
1653
4

